



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

434. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 193  
alia parrœchia voluerit alienum ministrum si-  
ne consensu Episcopi ipsius & voluntate ordi-  
nare , non sit rata ordinatio ejus.

De eadem re. *Ex Concilio Laodicensi.*

CCCCXXXIII. Quod non oporteat  
sacerdotem vel Clericum sine litteris profici-  
ci canonicis.

Concil. Lao-  
dic. c. 41.  
Lib. 7. Capi-  
tular. c. 59.  
Burchard. lib.  
z. c. 45.

De eadem re. *Ex Concilio Meldensi*  
*cap. I.*

CCCCXXXIV. Ut Presbyteri vel  
quilibet Clerici in alterius parrœchiam sine  
formata non recipientur , neque retineantur,  
nec etiam ministrare finantur. Criminati au-  
tem ab omnibus excludantur & eiciantur à  
parrœchiis in quibus delitescunt , usque quo  
ad eum revertantur Episcopum à quo aufugis-  
senoscuntur.

Consentient in hoc capite editio Helmasta-  
dienensis & codex MS. Parisiensis. In vulga-  
tis tamen editionibus Concilii Meldensis ita  
legitur : & rejiciantur à parochiis in quibus  
cupiunt immorari , usque quo &c. Habemus  
autem nos vetustum codicem MS. in quo des-  
cripti sunt canones istius synodi Meldensis ,  
in quo locus iste sicut habet : & eiciantur à par-  
rochiis in quibus cupiunt immorari &c.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

CCCCXXXV. Qui cum senioribus suis  
de aliis provinciis ad nostras provincias ve-  
niunt sine formata , ministrare non permittan-  
tur : quam et si attulerint , & ministrare idonei

Concil. Meld.  
c. 51.  
Burchard. lib.  
z. c. 144.

N